

**causari.** uerb. intr., tr. **FORMA act.** CASS Orth 1.35. et ‘accussare’ per duo ss scripserunt, sicut ‘fuisse’, ‘diuississe’, ‘esse’ et ‘caussasse’ per duo ss scriptum inuenio.; caussari CHAR 479. uerba quae media appellantur ... caussor. **ETYM** causa. **DLAT** causatio. **DROM fr.** causer. [**FREQ** humilis **133** <sup>indicia</sup> **8** /d.c.m. **220-130** PACUV] uocabulum scriptis litterariis omne genus, praecipue exponendo narrando si numerum uideas, pro rata parte satiricis lyricisque praeualet; saepissime prosa, omnibus usibus; necnon technicis abundat ad medicinam praecipue pertinentibus; inde ab initiis apparet, at magis in fine Antiquitatis usitatur, Ammiano Marcellino abundanter praebente.

| VARIATIO    |              | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|-------------|--------------|---------|----------------------------|
| OPERUM      | exponendo    | 40      | 13                         |
|             | narrando     | 54      | 10                         |
|             | argumentalis | 30      | 4,2                        |
|             | dramatica    | 3       | 6,8                        |
|             | lyrica       | 3       | 10                         |
|             | satirica     | 3       | 16                         |
| DIACHRONICA | III-II aec.  | 3       | 7,5                        |
|             | I aec.       | 10      | 3,6                        |
|             | I-II ec.     | 16      | 4,1                        |
|             | III-V ec.    | 104     | 11                         |
| DIAPHASICA  | quotidiana   | 3       | 5,2                        |
|             | media        | 105     | 7,6                        |
|             | docta        | 25      | 12                         |
| DIASTRATICA | litteraria   | 99      | 7,2                        |
|             | technica     | 34      | 12                         |
| MODUS       | prosa        | 120     | 6,2                        |
|             | uersu        | 13      | 6,7                        |

¶ **a** intr. IUS actionem contra aliquem agere • ejercer una acción judicial, litigar, acusar, disputar o pleitear [SIM incusare] **200-100** AFRAN Com 91. Viden ut facunde contra causaris patrem? **170-86** ACC Trag 418. qui potis est refelli quisquam, ubi nullus est causandi locus? **95** QUINT Inst 11.1.59. nec causanti pupillo sic tutor irascatur unquam ut non remaneant amoris uestigia. **400** HIST AUG Trig tyr 33.7.2. cum maleuolis quidem sed bono animo causabaris.  NON 3.62. Causari causam dicere uel defendere.

tr. **b** acc., acc.-inf, quin, quod; causare non dep. aliquid pro causa allegare, excusatione ueram causam minime ostendens • alegar, pretextar, poner como causa o razón, habitualmente como pretexto o excusa, sabiendo que lo presentado como causa no es la verdadera razón de la actuación [TROP excusare SIM allegare, causificari] **70** LUCR 1.398. quamuis causando multa moreris, esse in rebus inane tamen fateare necessest. **50-19** TIB 1.3.7. Quaerebam tardas anxius usque moras. Aut ego sum causatus aues aut omina dira, Saturniue sacram me tenuisse diem. **42-39** VERG Ecl 9.56. Causando nostros in longum ducis amores. **116** TAC Ann 1.47.13. hiemem aut negotia uarie causatus primo prudentis, dein uulgem, diutissime prouincias fefellit. **390-406** VULG Deut 30.13. neque trans mare positum: ut causeris, et dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare. **400** Sulp SEV Chron 1.4. cumque ab ea esuriens cibum peteret, illa causari, neu esse sibi nisi pugillum farris et pusillum olei, quo absumpto una cum filiis mortem expectaret.

intr. quandoquidem, a causa uere tractum, causas allegare significauit • a veces, según el significado originario de causa, significó 'presentar las causas' **30** CELS 7.14.2. Gorgias ... eadem tria causatus.

tr. **c** excusationes accipiendo, quasi excusare inuenitur • aceptar las disculpas y, por tanto, 'excusar' o 'disculpar' [TROP excusare] **390** AMM 19.9.5. causatus ... se domina nusquam uisa et forsitan interempta.